UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum de singulis mortalibs requiratur contritio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

Visual Library

eſt Pſalm. 17. Cum peruerſo peruertèris.

Ad ſecundum dicendum, quòd de peccatis aliorum dolere debemus, non tamen oportet, quòd de eis conteramur: quia non omnis dolor de peccato præterito eſt contritio, vt ex dictis patet *. *in co. ar. & ar. 2. huius q.*

ARTIC. VI.

Vtrum de ſingulis peccatis mortalibus requiratur contritio?

AD ſextum ſic proceditur. Videtur, quòd non requiratur de ſingulis peccatis mortalibus contritio. Eſt enim motus contritionis in iuſtificatione in inſtanti. Sed in inſtanti non poteſt homo ſingula peccata recogitare. Ergo non oportet quòd ſit contritio de ſingulis peccatis. 9

¶ 2 Præterea, Contritio debet eſſe de peccatis, ſecundum quod auertunt à Deo: quia conuerſio ad creaturam ſine auerſione à Deo, contritionem non requirit. Sed omnia peccata mortalia in auerſione conueniunt. Ergo contra omnia ſufficit vna contritio.

¶ 3 Præterea, Plus conueniunt peccata mortalia actualia adinuicem, quàm actuale & originale. Sed vnus baptiſmus delet omnia actualia, & originale. Ergo vna contritio generalis delet omnia peccata mortalia.

SED contra, Diuerſorum morborum diuerſæ ſunt medicinæ: quia non ſanat oculum, quod ſanat calcaneum: vt dicit Hieron.* Sed contritio eſt medicina ſingularis contra vnum mortale. Ergo non ſufficit vna communis de omnibus. *ſuper illud Mar. 9 Hoc genus dæmoniorũ nõ eijcitur, &c. tom. 9.*

¶ Præterea, Contritio explicatur per confeſſionem. Sed oportet ſingula peccata mortalia confiteri. Ergo & de ſingulis conteri.

RESPONDEO dicendum, quòd contritio poteſt dupliciter conſiderari: ſcilicet quantum ad ſui principium, & quantum ad terminum. Et dico principium contritionis cogitationem, qua quis cogitat de peccato, & dolet, & ſi non dolore contritionis,

ſaltem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſaltem dolore attritionis. Terminus autem conn nis eſt, quando dolor ille iam gratia informatur. Q tum ergo ad principium contritionis, oportet q ſit de ſingulis peccatis, quæ quis in memoria ha ſed quantum ad terminum, ſufficit quòd ſit vna c munis de omnibus: tunc enim ille motus agit omnium diſpoſitionum præcedentium.

Et per hoc patet reſponſio Ad Primum.

Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis omnia cata mortalia conueniant in auerſione: tamen d runt in cauſa & modo auerſionis, & quantitate c gationis à Deo: & hoc eſt ſecundum diuerſitat conuerſionis.

Ad tertium dicendum, quòd baptiſmus agit in tute meriti Chriſti, qui habuit infinitam virtute delendum omnia peccata: & propterea vnus ſu contra omnia peccata. Sed in contritione cum rito Chriſti requiritur actus noſter: & ideò op quòd ſingulis peccatis reſpondeat ſigillatim, cum habeat infinitam virtutem ad contritionem. Ve cendum quòd baptiſmus eſt ſpiritualis generatio pœnitentia quantum ad contritionem, & alias ſui tes, eſt ſpiritualis quædam ſanatio per modum c dam alterationis. Patet autem in generatione co rali alicuius, quæ eſt cum corruptione, quòd vna neratione remouentur omnia accidentia contra rei generatæ, quæ erant accidentia rei corruptæ: in alteratione remouetur tantum vnum acciden cidenti contrarium, ad quod terminatur alteratio ſimiliter vnus baptiſmus ſimul delet omnia pecca nouam vitam inducendo: ſed pœnitentia non d omnia peccata, niſi ad ſingula feratur. Et ideò op tet de ſingulis conteri & confiteri.

QVÆST. III.

De quantitate contritionis, in tres articulos diui

DEinde conſiderandum eſt de quantitate con tionis.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primo